UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.l.], 1579

VD16 V 541

De Clericus Peregrinantibus. Titulus XXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63204

Visual Library

DE CLERICIS PEREGRI- nantibus.

Titulus XXIX.

Continuatio.

SIcuti per appellationem ſuſpenditur iuriſdictio,ita vt iudex appellatus vlteriùs procedere non poſsit, intantùm,vt innouata à Superiore reſtituătur : pari ratione,per peregrinationem & acceſsionē Sedis Apoſtolicæ,ius ſuū cuilibet vſq; ad reditum conſeruatur:Et,ſi quid interea ablatum ſit,reſtituitur.

Quis dicitur Peregrinans?

Peregrinans hîc non dicitur quiuis,qui peregrè proficiſcitur:ſed is,qui peregrinationis cauſa ad Sedem Apoſtolicam ſe cōfert,c.ſexta arguta,2.quæſt.

Quæ cauſa Efficiens?

Bonus zelus peregrinantis,arg.c.ſi quis Romipetas,24.quæſt.3.&, c.inuocamus, extr. de treuga & pace.

Quæ Forma?

Vt clericus, adhibito conſenſu & auctoritate Superioris,cauſa pietatis Sedem Apoſtolicā petat.Clerico enim & Epiſcopo peregrinari abſq; Superioris auctoritate non licet,c.non oportet, diſtin.5.de conſecrat. &,c.magnæ extr.de vot.& vot.red.Niſi non,cauſa peregrinationis, ſed appellationis proſequendę,vel vitādæ oppreſsionis,& imminentis periculi proficiſcantur,c. omnis oppreſſus,2.quæſt.6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quis Effectus?

Primò eſt ſecuritas. Qua peregrinantes ſubijciuntur Apoſtolicæ protectioni, cum omnibus rebus ſuis, vt defendãtur, & iura vel bona, quorum aliàs, propter abſentiam, iacturam facerent, ſalua illæſaq; ipſis conſeruentur, c. vnico, extr. eod. Secundò eſt condictio ex hac decretali, quæ competit ad repetitionem & reſtitutionem illius, quod durante peregrinatione abſq; authoritate Pontificis ablatum fuit, Hoſtienſ. hoc tit. §. ex quo.

DE CONFIRMATIONE vtili vel inutili.

Titulus XXX.

Continuatio.

Contingit, ſententiam, quæ per interpoſitam appellationem ſuſpenſa eſt, per iudicem ſuperiorem, vel per inferiorem, fatalibus ſtantis quandoq; confirmari, auth. ei qui appellat, C. de temp. & reparat. appel.

Quid eſt Confirmatio?

Confirmatio eſt, actus legitimi vel canonicè celebrati corroboratio: per eum, qui ius confirmandi habet, ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione facta, c. ſtuduiſti, extr. de off. deleg. & c. bonæ memoriæ, extr. eod.

Quæ cauſa Efficiens?

Cauſa efficiens confirmationis dicitur, lex & homo. Vnde duę ſunt confirmationis ſpecies, legi-